



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt iudex non prius obuiet sua sententia litigantibus, quandiu ipsi habent  
aliquid quod proponant in quæstione. xxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

rum intendant, quāta illis post hoc æterna supplicia præparentur, dicente propheta: Ducent in bonis dies suos, & subito ad inferna descendunt.

*Vt iudex, non prius obuiet sua sententia litigantibus  
quādū ipsi habent aliquid quod proponant in  
questione. Cap. XXX.*

*Ex decr. Eleuterij papæ eccl. Galliæ cōstitutis. cap. 3.* **N**E C litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi īā peractis omnibus nihil habent in questione quod proponant. Et tādiu actio ventiletur, quo usq; rei veritas reperiatur. Frequēter interrogat re oportet, ne aliquid prætermissum fortè remaneat, quod adnecti conueniat. Induciax enim non modicē ad quodcumq; dum dandæ sunt, ne aliquid properè agi à quacunq; partite videatur: quia per subreptionem multa proueniunt. Nihil amen absq; legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nā & dominus noster Iesu Christus Iudā furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo nō est eiēctus: & quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum impunitum. Nam si leges seculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticae regulae? Docent enim terrestria, & humana quæ sint ecclesiastica, atque cœlestia.

*Vt non īdem sint accusatores, & iudices, & testes,  
& accusati. Cap. XXXI.*

*Ex dictis Damasci papæ, ca. 19.* **A**ccusatores verò & iudices non īidem sint: sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, vnuusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nā inscriptio prima semper fiat, vt talionem calumniator accipiat. Quia ante inscriptionē nemo debet iudicari, vel dānari, cum seculi leges hæc eadem retineant. De quib⁹ omnibus vero semper fiat æqualitas, quatenus accusationis & iudicij, testimonii mercedē per veritatē gestorū cōsequi valeant.

*Vt eius accusationem nullus facile accipiat, qui facit litigat, & accusat. Cap. XXXII.*

*Ex cōcil. Vvorma- ciē, ca. 2.* **E**IUS qui frequenter litigat, & ad accusandum ēfāciliis, accusationem nemo absq; grādi examine accipiet. *Vt episcopus accusatores fratru excommunicet. Cap. XXXIII.*

*Ex cōcil. Aurelia. cap. 1.* **V**T episcopus accusatores fratrum excommunicetur si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, nem, non ad clerum.